



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Liber X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

254
M. ANTONII MVRER
I. C. ACCIVIS R
VARIARVM LECITIONVM
LIBER DECIMVS.

Quàm vetus sit consuetudo, in honore alicui habendo
manum suam ad os admouendi.

CAPVT I.



VOD hodieque in consuetudine possumus est, vt in salutandis potestibus, aut in honore eis habendo nostram ipsi manum ori admouere. leamus, id quæsumus est ex me, num à veteribus quoque factitatum esse, vt alia pleraque, ita hoc quoque ineptè adulando genus seruilia recentiorum auticorum ingenia excogitassent. Respondi, cum nō orem usque ab impia illa & ridicula veterum, qui multos deos colebant, superstitione ductum ac propagatum videri. Solebant enim & illi, cùm aut fanum aliquod præterirent, aut lignum lapidem aliquem aspicerent, in quo diuinitatis ali quid esse opinarentur: neque enim vilior illis temporibus ullius rei, quàm deorum, annona erat: manus ad os referre, & tenui murmure illos ligneos aut lapides deos, vt sibi fauerent, precari. Ouidius:

*Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
Ara vetus stabat tremulis circumdata canis.
Resistit, & pauido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & simili, Faveas mihi, murmure dixi.
Appuleius Apologia prima: Nam, vt audio, percepser*

RE
R
NUM
abend,
dine po-
ponen-
endo ne-
pere lo-
me, num
um effe-
aduland
a exoge-
piā illa-
t, super-
nt ena-
religna-
tatis al-
tempo-
manu-
uit lap-
tū iū quā illum nouere, nulli deo ad hoc aut supplicauit; illum templum frequentauit: si fanum, aliquod praetererat, usus habet adorandi gratia manum labris admouere. Minutius Felix in Octauio: *Cecilius, simulacro Serapidis levato, ut vulgus superstitionis solet, manum ori admons, osculum labiis prefit.* Quo igitur gestu illi diis suis honorem exhibebant, eodem nos hodie in potentibus ac fortunatis hominibus colendis vtimur.

Vnde sumpfisse videatur Ouidius, quod in oraculo terram, matrem, lapides autem ossa illius vocavit.

CAPV T I I.

SAPIENTER interpretatur Ouidianus Deucalio sortem sibi à Themide datam, querenti qua arte genus humānum aquis extinctum reparare posset: qui iussus ossa magnae matris post tergum iacere, matri nomine terram intellexit, cuius in corpore ossa lapides vocarentur. Atque equidem existimo ingeniosissimum poētam in illo responso confingendo, quod terram quidem matrem vocauit, sumpfisse ex historia Romana, ubi, cū regiis adolescentibus responsum esset, cum regnaturum Romā, qui primus matri osculum tulisset, Brutus is, qui reges exegit, ē nauī exiens, simulato casu, terram osculatus esse dicitur: quod autem lapides, terra ossa, secutum esse auctoritatem veteris tragicī, qui & ipse illos eodem nomine affecerat. Ciantur enim hæc à vetere Grammatico:

Ἵνος ἀστοῖον ἐγχειρίδεις τέλος.
deo qui ad lapidem offendisset. Sic autem, & sanguinem terra Aristoteles in quadam ad Alexandrum epistola vinum vocasse dicitur, & vulgo venas in terra dicimus aut quibus aqua concusa later, aut ē quibus metallū cruuncur.

Versum

Muret
Lectiones
LIII
25

Versum quendam ex Odyssaea multo aliter à nomine
accipi, quam ut ab Horatio acceptus est.

CAPUT III.

NON est dubium, quin Horatius in epistola
Lollium, illo versu,

Dum sibi, dum sociis reditum parat,
exprimere voluerit illum Homericum:

Αρνύμενος λύτε φυχλώ καὶ νόσον ἐτίπειν.

sed Homericum tamen, non eodem quo Horatius
sensu omnes accipiunt. Didimus enim, cuius
tant in Odyssaeā eruditissimæ notæ, aliam eum
quandam eius declarationem tradit, an vertorem re
ficio, ipsi certe Vixi honestiorem ac gloriosem. Il
lum videlicet eo animo fuisse, ut & vitam impenden
& omnem reditus spem sibi præcludere. Non recul
ret, dum modo saluti sociorum consuleret. Verbum
enim ἀρνυθαι, ut apud Eustathium legitur, ab aga
ductum est, quos Graeci ἄγρας vocant: ut & ἀντίτι
τὸν ὄντων, & παλαιῶν ἡποτὸν πάλων: quod prisci nondem
reperio nummorum vslu, Λγnis, asinis, equuleis, ali
que eiusdem generis animalibus parare ea, quibus sine
digeabant, solebant. Hoc igitur Homerum dicere ad
paratum fuisse Vlixem, si res ita tulisset, ἀρνυθαι, id est
quasi pro pretio dare καὶ τινας φυχλώ, καὶ τινας νόσο
αὐτῷ τῇ εἰπειν. Neque coniunctè legendum, καὶ νό
σον ἐτίπειν: sed distinguendum hoc modo, καὶ νόσον, καὶ
φων. Lucianus tamen prorsus Horatianæ sententiae
adstipulatur, qui in φιλοτέλει Vlixem multi in en
tore illo suo mentiri solitum dixit, τινάς αὐτός φυ
χλών, καὶ νόσου τὸν εἰπειν. Hanc sententiarum va
rietatem, quam Horatiani interpretes vel non animo
aduerterant, vel præteriniferant, non indignam dum
cuius audiores admonerentur.

De duobus

De duobus locis ex primo libro Commentario-
rum Cæsaris de bello Gallico.

CAP. IIII.

LEGEBAMVS animi cauſa primum librum
commentariorum Cæsaris De bello Gallico ego,
& Horatius Macaranus elegantissimo ingenio, & ho-
nestissimis moribus præditus adolescēs: & vt ei quid-
que occurrerat, in quo hæreret, ita aut ex me ſciscita-
batur ſententiam meam, aut etiam ſuam ipfe mode-
ſtē ac verecundē proferebat. Cūm igitur ventum eſſet
ad eum locum, vbi Ariouiftus Cæſaris legatis respon-
det, *Æduis ſe obſides redditurum non eſſe, neque iis, neque*
orum ſocii iniuria bellum illaturum, ſi in eo manerent quod
conueniſſet, ſtipendiumq; quotannis penderent: ſi id non fe-
cifſent, longe is fraternum nomen populi R. afuturum: iis
recitatis, paululum ſubſtitit Hoſatiuſ: &, Quando,
*inquit, mihi licet voluisti, omnia dicere quæ in men-
tem venirent, non diſſimulabo vereri me, ne hoc lo-
co, vbi eſt afuturum, vna littera extrita, legi debeat fu-
turum. Recens enim ſum à ſtione vltimi Æneidos,*
vbi commemini ita Turnum loqui,

*Longè illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Feminea tegat, & vanis ſeſe occulat vmbriſ.
Vergo illi Turnus minatur, longè Æneæ futuram
matrem: ita h̄ic Ariouiftus, longè Æduis fraternum
nomen populi R. fore. Tum ego, Acutè, inquam,
iſſuc à te Horati, & ingeniosè cogitatum eſt: &, quo
tibi magis etiam de iſta tua coniectura placeas, ſcito,
eandem ad primè eruditī hominis Gabrieſis Faerni
fuſſe, cum vno illo quo tu quoque viſus es Virgilij te-
ſtimonio niteretur: Certeque eodem modo locutus
eſt optimus, & ipſe Latinitatis auctor Ouidius octauo
Metamorphoſeōn:*

R

Pone

Miteret
Lectiones
LIII
25

Pone, age, nec titulos intercipe femina nostros,
Thestia& clamant: nec te fiducia forma
Decipiat: ne sit longè tibi captus amore
Auctor.

Sed tamen cùm eadem veterum librorum scripsit, quæ vulgata; nihil est causæ, cur quidquam tandem putemus. Nam hoc quoque alterum quendi genus veteribus non inusitatum fuisse, etdem illo quem modò citauit, Ouidio cognoscit apud quem ita legimus libro quarto:

*Huic quoque, vade procul, ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter absit.*

Paulo autem infra eum, quem dixi, Cæsaris locus alius est in omnibus, quos ego quidem volui, libris dyravatus; quem qui nuper emeruerunt, magis etiam corruerunt. Nam cùdixisset Cæsar, è Gallorum sermonibus de Germanorum virtute, tantum extitisse in exercitu Romano metum, ut non mediocriter omnium membris animosque perturbaret: *Hic, inquit, primum erit à tribunis militum ac praefectis, reliquisque quæ in urbe, amiciis causa, Cæarem secuti magnum periculum miserabantur; quod non magnum in re militari rsum habebant.* Ita enim habent veteres tum calamo nocturnum typis descripti libri. At in iis qui postea eduntur, addita est negatio, hoc modo: *Non magnum periculum miserabantur.* Sed qui attenit totum locum considerauerit, facile intelliget legendum esse, *Magnum periculum esse rebantur.*

Exponsus locus ex Asinaria Plautii, in quo Poëta ipse
quiddam non satis ex arte fecisse videri potest.

CAPUT V.

Cum animi causa Plauti Asinariam euoluerem,
quiddam repperi, quod mihi scrupulum obie-
cit: neque audenti accusare $\alpha\tau\chi\nu\alpha\tau$ Plauti, neque ta-
men ad eum defendendum, ac vindicandum ab illo
crimine quidquam satis probabile reperienti. Nam in
prima fabula senex cum seruulo colloquens, scire se
ostendit, filio opus esse viginti minis. Ita enim lo-
quitur:

Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.

Viginti iam usus filio argenti minis.

Fas id ut paratum iam sit.

Multo autem post, Argyrippa lena super illis viginti
minis cum adolescenti pacificatur: cumque adolescens
dixisset,

*Mane, mane, audi. dic quid me æquum censes pro illa
tibi dare*

Annum hunc ne cum quicquam alio sit :

subiicit impura mulier: *Tene? viginti minas.*
Atque ea lege: si aliis ad me prius attulerit, tu vale.
Ante igitur resciuerat senex, quantum argenti filio
opus esset, quam id filius ipse ex lena cognoscere po-
tuisse. Ac scio, visum esse nonnullis etiam Teren-
tium in Adelphis similiter ipsum quoque peccasse.
Sed Terentij quidem causam veteres critici facilè
expudiant, cumque omnibus suffragis liberant.
Plautinum hoc, vereor, ut æquè facilè defendi queat.

Micereti
Lectiones
LIII

Lucus quidam Iuuenalis aduersus aliorum omnium sententiam declaratus.

C A P . VI.

MIRVM est, quanto opere vexatus sit ab hominibus eruditis versus ille Iuuenalis è Sanguine vndeclima:

Qui Lacedæmonium pedeumate lubricat orbem: vt vix vllus iam superesse videatur nouæ aut emendationi, aut interpretationi locus. Primum enim Dicitius, & alij eum secuti *pytismate* legerunt, noui deumate: cumque Lacedæmonium orbem interpretarentur annulum, putarunt hoc versu significare uitem delicatum, qui annulum, quem in digito gheret, identidem extraheret, sputoque illineret, vt habilius & commodius versari possit. At Merola, illustrationis genus esse pytisina quo Lacedæmonij ventur: idque homo ingenuus fassus est se nusquam leguisse: sed ita sibi in menten venisse, vt ea quæ somniamus. Tertius accessit Georgius Valla, qui cum pataret, vix satis sibi decorum fore, si ad has epulæ symbolos veniret, orbem Lacedæmonium trochus esse dixit è pinu factum, quæ Græcè pitys dicere. Adhuc hæc erant, cùm ecce tibi homo acutissimus & eruditissimus Politianus, qui, explosis omnium periorum sententiis, *pitylismate* legendum censuit. enim ex Galeno esse exercitationis genus, quo in Leconicis, id est, in sudatoriis, vterentur, peruncto corpore: atque eò lubricandi verbum pertinere. E fortassis obtinuissest hæc sententia propter summam Politiani in litteris auctoritatem, nisi animaduictus sent homines, eam cum iis de quibus eo loco Iuuenalis ageret, nullo modo cohærere. Alciatus quidem cùm se in idem illud à Politiano extractum sudato-

nium conieccisset, vt tamen adferret aliquid noui, *pytymate* legendum censuit, nouo, & ante ipsum inaudito vocabulo. Extitit deinde Flavius quidam, cuius scripta nondum in manus meas venerunt, qui tamen sit legendum, *poppytymate*: & orbis Lacedæmonij nomine intellexerit & ὅρικτης, versum hunc ad nefariam libidinem referendum putans: quod mihi quidem absurdissimum, & à poëta sententia alienissimum videtur. Secutus est homo multæ ac variae lectionis Iohannes Brodæus, qui *pedemate* legendum pronunciauerit. Huius ego Miscellanea, in quibus hoc tradidisse fertur, quamquam magno studio quaestu, numquam usque adhuc reperire potui: sed facile tamen ex ipso pedematis nomine video eum aliquod saltationis genus intellexisse: & mihi verisimile fit eodem modo legisse etiam Merulam. Postremò Turnebus *pytyma*, sputum; *orbem* trochum videri voluit. Quis post tot, ac tales viros quidquam sibi præterea querendum putet? & aut idoneum se inter eos arbitrum, profiteri, aut quod eorum nemo intellexerit, id se verius explicaturum polliceri audeat? Quando tamen in hoc litterarum genere, minimo periculo peccatur; non deterrebor ego quoque, quid sentiam, dicere. Puto igitur quod in vetustis libris legitur *pedeumate*, leviter depravatum esse, ac legendum *petteumate*, à verbo πέττειν: significarique eo veru dñitatem aleæ studio deditum. Quod confirmant & ea quæ statim sequuntur:

Namque ibi fortuna veniam damus. alea turpis,
Turpe & adulterium medicribus. hac eadem illi

Omnia cum faciunt, hilares, nitidiq; vocantur.

Orbem autem Lacedæmonium vocat mensam ex marmore Laconico, vt & Martialis Libycum or-

R 3 bem,

t. Mereti
a Lectiona.
LII
25

bem, mensam ex marmore Africano.

Tu Libyos Indis suspendis dentibus orbes:

Fulcitur testa fagina mensa mibi.

Et Seneca ad Albinam Magni, leuatiq^z mensarum orbes, lubricantur autem, id est, leuantur, ac polium adsidua attractatione marmora super quibus adsidet alea luditur. Vix ullum reperiri posse verum in omnibus antiquorum poëmatis puto, quem tam multam varie interpretati sint.

Non modò, pro, non modò non, sape apud veteri legi, idq^z loquendi genus à Gracis ductum esse.

CAPUT VII.

NO T A V E R A T iampridem Paulus Manutius non modò, pro non modò non, saepissimè apud veteres legi: idq^z & ego postea libro primo commentariorum in Catilinarias confirmaueram, & alij homines eruditissimi suo calculo comprobarant. Sed inciderunt nuper in manus meas, cùm in taberna quodam libraria otiosus sedere, ibique cum amicis aliquot eruditis hominibus colloquerer, notæ cuiusdam sanè docti ac diligentis viri in scripta Ciceronis, in quibus, quodam loco vehementer nostrum omnium in eo iudicium improbat, & illis omnibus locis, quibus nos ad id confirmandum vrebamur, negationem addendam esse contendit. Ego autem, si quis aduersus veterum consuetudinem multorum librorum consensu testatam, opinione quadam, ac iudicio suo, aut etiam rationibus quæ speciem aliquam probabilitatis habeant, niti velit, non sanè propterea cum eo altercabor, neque pugnabo. Sed tamen non protinus de sententia demouebol. Scio enim in omnibus linguis multa dici, quorum ratio non constat: sed in via loquendi

loquendi, ipsam bene loquentium consuetudinem pro ratione habendam puto. Congeram igitur huc aliquot Ciceronis, & aliorum primae classis scriptorum loca, quæ ipse in optimæ notæ libris, ita profus, ut subiiciam, scripta legi: ut eis inspectis, hac de re ab hominibus eruditis iudicetur. Cicero in epistola ad Lentulum: Non modò præmiis, que apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis. Idem ad Petrum: Hoc tamen scito, non modò me, qui consilii non interfici, sed ne principem quidem ipsum scire, quid futurum sit. Idem lib. decimo ad Atticum: Regnum non modo Romano homini, sed ne Persa quidem cuiquam tolerabile. & eodem libro: Mihi non modò irasci, grauiſſima iniuria accepta, sed ne dolere quidem impune licet. Atqui hi omnes loci ita leguntur etiam in libris primum à Victorio editis, quos ex optimis omnium exemplaribus cum fide descriptos esse constat. Idem libro tertio in Verrem: Voluerunt eos in suis rebus ipso interesse: eorum animos non modò lege noua, sed ne nomine quidem legis novo commoueri. Idem libro primo in Catilinam: Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modò audiam, sed etiam videam planeq; semiam. Idem pro Sex. Roscio Amerino: Qui tantum facinus commiserunt, non modò sine cura quiescere, sed ne livare quidem sine metu possunt. Idem pro Cælio: Hæc genera virtutum non solum in morib; nostris, sed vix iam in libris reperiuntur. Sed & in eadem oratione in libris veteribus ita legitur: Huic obierit tuum maledictum, qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est affectus. Et libro primo De oratore: Neque solum inserviant meam, sed ne rerum quidem magnitudine perspiciant. Et lib. 2. De officiis: Quo ed firmiore animo facient, quia non modò illi inuidetur atati, verum etiam fauetur.

R 4

Et libro

LECTIO
LIB
Z 5

Et libro tertio: Etenim si is, qui non defendit iniuriam neque propulsat à suis cùm potest, iniuste facit, vi infra libro differui, qualis nabendus est is, qui non modò repulit sed eijam adiuuat iniuriam? Varro libro primo De rustica: Bono animo este, inquit Agrius: nam non nullum illud sublatum est, quod ludis Circensibus nouissimi curiam finem facit quadrigis: sed ne illud quidem vidimus, quod Ceriali pompa solet esse primum. Liuius libro xxv. In tremò ita assuetudine mali efferauerant animos ut non modo lacrimis, iustoq; comploratu prosequerentur matrem sed ne efferrarent quidem, aut sepelirent. Hæc, inquam omnia, aliaque eiusdem generis plurima ita in antiquissimis libris scripta sunt, quorum tantum consensum pro nihilo putare, hominis esse ingenio suo praefidentis puto. Præsertim cùm Græci quoque ita loquantur, apud quos, εχ ον, μοι ον, εχ οντος, interdum valent, non solum: interdum, non solum νω: quod & dicit, & multis præstantissimorum scriptorum testimoniis confirmavit decus, atque ornamentum Gallici nominis Gulielmus Pædeus in Commentariis linguae Græcae.

De loco quodam ex secundo De Officiis.

C A P V T VIII.

Dabitant eruditii homines, quomodo accipiendum sit, quod ait Cicero libro secundo De Officiis: multa sacula expectanda fuisse C. Pontio Samnitæ si à fortuna reservatus esset ad id tempus quo Romani dant accipere cœperunt. Bellauit enim cum Romanis Pontius anno ab urbe condita ccc cxxxii. lex autem Calpurnia de pecuniis repetundis lata est anno ccclii. vt si sacerdotum sit centum annorum, quomodo accipiendum, & Grammatici veteres docent, & Iudo-

& ludorum sacerdotalium appellatio confirmat, non totidem sacerdota ei exspectanda fuerint. Sed certe sacerdotum internum est Υπερα: ut ostendit & Nævius, qui Nestorem, ut est apud Gellium, trisacerdotem vocavit, ex illis videlicet Homeri versibus:

Tο δ' οὐδὲν δύο μὲν Υπεράς περόπον αὐθεόπιν
Εσθλέστ, οἵ οἱ περόπειν ἀμα τεάφεις οὐδὲν νοτί^τ
Εγένεται τούτη ηγένεται, μηδὲ τούτους οὐδεσσιν.

Et autem triginta annorum est. Itaque illi Homerius versus ostendunt tantum, Nestorem, cum illa loqueretur, sexagenario maiorem fuisse: quamuis illic quoque Υπερά pro centum annis accepisse etiam veteres Latini poëtæ videntur.

Illustratus locus ex Oratione pro Flacco.

CAP. IX.

MIRIFICE abiicit, & extenuat Cicero in oratione pro Flacco vim, & auctoritatem plebiscitorum sine psephismatum, quæ siebant in Gracia, quod in eis neque per capita, neque per tribus, neque per centurias exquirebantur sententia; sed per præconem edicebatur, ut qui ita sentirent, manus tollerent: atque ita clamore multitudinis, & sublatione manuum, de rebus grauissimis, temere, & inconsultè decernebatur. Sic sunt, ait sumimus orator, expressa illa præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententias, neque auctoritatibus declarata, non iure intrando constricta; sed porrígenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ. Et paulo post: Protrixerunt manus: psephisma natum est. Atque eos respicientes apud Aristophanem *αἱ συκλοπαὶ στοιχεῖ*, aiunt, videndum sibi esse quomodo manus tollere debant,

R 5

beant,

t. Muretti
Lectiones
LIB
25

beant, ad confirmandum videlicet id quod Prima
proposuerit:

Εκεῖνο δὲ πεφροντίσμενος, ὅτῳ τελέτῃ
Τὸς χεῖρος αἴρειν μημανδόσουεν πάτε,
Εἰδιούεται γάρ ἐπειν αἴρειν τὰ σκέλη.

Etsi Victorius libro duodecimo Variarum lectione
aliò id referendum putauit. Huius autem confes-
dinis & apud Æschylum in Supplicibus mentio

Πανδυμίᾳ γάρ χεροὶ διέξιενύσσει
Ἐφείξειν αὐθίς τενε κεραίνοντων λόρων. & paulo post
Τοιαῦτ' ἀκάστη, χεροῖς ἀργεῖσθαι λεῶς
Ἐκεγναν.

Vbi etiam Scholiastes formulam verborum ponit
quæ in eiusmodi rebus præconi vñtrata erat, ἀργεῖ
χεῖρος ὅτῳ τελέτῃ δοκεῖ. Meminit & alicubi Scholiastis
Nicandri.

Emendatus Plauti locus in Epidico.

CAPUT X.

STYLTA quædam consuetudo est ignorantium, de
nullius pretij hominum, ut cum quid ignauere, in
decoreque fecerunt, si ostendere possint magno ab
cui, ac præclaro viro idem quoquo modo contiguit,
satis id sibi esse aut ad defensionem, atque excusationem,
aut etiam ad gloriam, & commendationem sub-
bitrentur. Sic iocans alicubi Martialis, quendam
qui malos versus faciebat, etiam laudandum esse doc-
it, quod ea in re Ciceronis similis sit. Sic inepii olim
quidam cum illud impedimentum lingua quo Demosthenem laborasse legerant, imitarentur, germani
sibi Demosthenes videbantur. Sic Platonis paulo ele-
tiores humeros, Aristotelis vnam τρωλόντη, qui stu-
diosè effingerent, multi erant. Et apud Terentium

Thrafo

Trafo cùm ades meretricis oppugnaturus, loco sibi
casset, Idem, inquit, hocce Pyrrhus factit aut. quasi ea-
dem ratio Pyrhi fuisset, quæ tum erat illius. & in ea-
dem fabula cùm de deditio[n]e cogitaret, iamque se
impuræ mulierculæ in seruitutem mancipaturus esset,
Qui minus, inquit, quam Hercules seruuit Omphale? Est
autem horum consimilis iocus & apud Plautum in
Epidico, vbi seruus è militia rediens, de herili filio
qui arma aut amiserat, aut vendiderat, loquens, ait,
id ei gloriosum fore: nam idem olim etiam Achilli
contigisse. Notum est autem, vt, intersecto Patroclo,
ad Troianos Achillis arma peruenient. sed Plauti lo-
cus in omnibus vulgatis libris deprauatus est. ita enim
legitur:

Sed quid' aū? T H. quid rogas? E P. vbi arma sunt
Stratiippocli?

T H. Pol illa ad hostes transfugerunt. E P. arma ne?
T H. & quidem ciid.

E P. Seriōne dicis hac tu? T H. seriō, inquam, hostes
habent.

E P. Adepol facinus improbum. T H. at iam antē alij
fecerunt idem.

Erit illi illa res honori.

sed pro alij, sine vlla dubitatione legendum est Achilli
vaico l, propter versum, vt s̄a[pi]e apud Homerum:
quod & ea quæ statim sequuntur, manifestò decla-
rant. Quod autem statim subiungit, se putare arma
Stratiippoclis fabricatum esse Vulcanum, quoniam ad
hostes trauolauerint: cō pertinet, quod rū n̄ p̄ a s̄ b r d n̄ t a
plurimque animata erant: vt illi tripodes, de quibus
apud Aristotelem primo Politicorum, quos ait Ho-
merus c̄ uropātus Señor D̄ e s̄ a d̄ a v̄ a.

De libidine

Muret
Lectio[n]a
LII
25

NON vanum est quod de Eunuchis audisseten
cilla Terentiana dicit, eos amatores esse mul-
rum maximos. neque enim quibuscumque ampu-
tur testes, in eis libidinis ardor extinguitur: immo-
rò crescit, & intenditur in iis qui exsciti sunt iam pa-
beres: ita ut olim libidinosæ mulieres, quæ tamen
rere solebant, cupidè eis, vt in illa clinopale inde-
cis & indefessis ad libidinem suam explendam abu-
rentur. Idque hoc etiam tempore metuens immo-
& barbara gens Turcarum, quibus Eunuchis vi-
mulierum suarum custodiam volunt, eis non tem-
modò, sed & caudam, vt ait Horatius, salacem fa-
demetere plerunque solent. Multæ enim aliqui in-
cerent idem, quod Gelliam quandam facere solitu-
ait Martialis. Verum autem esse, quod modò dic-
bam, & exempla declarant, vt Phauorini philologus
qui eunuchus cùm esset, in adulterio deprehensus
citur: & grauissimi, ac sanctissimi scriptoris Bal-
conicani confirmat auctoritas, qui hac de re ita scribit in ar-
tikois. Τὰς δὲ μὲν ταῦς ἀνδρωθῆναις πέρης Συκείαν, τὰ τα-
γόνα μοεια, τὰς διδύμας ἀποτεμόντας, φασὶ δειπνόποιο
ἄρχετον πέρης τὰς σωματίας οἰστρόδημο, καὶ ὑπὸ οἰστρόδημο
ἀλλὰ καὶ ὡς αὐτοῖς δοκει, ἀκνδύλιος φθειρόν τὰς περι-
Atque hoc ipsum planè Satyricè exsequitur Iuuen-
his versibus :

Sunt quas eunuchi imbelles, ac molli: semper
Oscula delectent, & desperatio barba:
Et quod abortiuo non est opus: illa voluptas
Summa tamen, quod iam calida, & matura iuuenia
Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro.

Eigo expectatos, ac iussos crescere primum
testiculos, postquam cœperunt esse libres,
Torsoris danno tantum rapit Heliodorus.

Euripidus unus, Ciceronis ex epistolis ad Atticum duo
loco emendati.

CAP. XII.

EVVIDITE sancte, ut solet, emendauit iampridem
locum Euripidis ex Hippolyto coronato doctissi-
mas homo Victorius. In quo cum vulgo legatur,

Πέρηπος ἦτος, οὐ διανείν περιφεύμεν;
monet ille pro ἦτος legendum videri αἴσιον: quo nihil
verius dici potuisse censeo. Sed tamen scrupulus resi-
dere adhuc aliquis potest propter syllabæ modum, qui
oblitare, atque impedire huic mutationi videtur. *Ἄττος*
enim priorè syllaba producta dicimus, *ζῶν* correpta.
Auctor huius rei Eustathius, qui exponens illud Ho-
mericum,

Αασάλιος, εδώ ἀντὶς ααάινομαι,
ita scribit: τὸ γέ αασάλιον, πῆμα δὲν εἶξεν εἰς εἰς αῖτη γήνετο, δεῖ
επιστον, οὐδὲ κεράσων, τὸ εἰς αρχὴν διέγενον. εἰ δὲ οὐ αἴσιον,
αἴσιον οὐδὲ τὸ αῖτην εῖτο, οὐδὲ οὐδὲ αασάλιον διέλθοι, ου-
δὲν τὸ αασάλιον. καθά δὲ Eusebius διλοῖ εἰ τοῦ,
τοῦ rapidior ἦτος. Neque tamen propterea non illa
recta ac vera est emendatio. tantum immutandus est
duarum vocum ordo, ut ita legatur,

Πέρηπος ἔτος, οὐ διανείν περιφεύμεν;
Sed huius ipsius vocis ignoratio corruptit etiam locum
quendam ex epistola prima libri decimi ad Atticum,
vbi, cum vulgati libri ita habeant: *Hac est ἔτον in qua*
nunc sumus, mortis instar: mihi quidem dubium non
fi, quin legi debeat, *Hac est ἔτον.* significat autem
quendam animi nihil quod satis probet repe-
tientis. Est etiam in eadem epistola locus superuaca-
nea vocum

Muret
Lectiones
III
28

nea vocum aliquot adiectione depravatus, quem
hoc loco describam, ut ex veteris libri mei an-

tate legendus est: Nihil video quod sperem, aut quid

putem fieri posse: sed tamen hoc ipsum est unum i-

κωτέων σκεπμάτων, veniendum ne sit in confitum tra-

si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Hanc scrip-

tam qui cum vulgatis conferet, de eius integritate ab-

bitaturum non puto.

Ex Amphitruone Plautina loci aliquot emendati.

CAPVT X I I .

APVD Plautum Alcumena cùm dixisset, mul-

plus esse in vita molestiarum, quām volen-

tum, neque ferè quidquam boni cuiquam obtinere

quād aliqua statim molestia consequatur: sibi id sic

ipsius exemplo cognitum, ac compertum esse dicuntur.

Nam ego, inquit, id nunc experior de me, atque q-

de me scio.

sed in meo vetere libro, multo, vt mihi quidem vide-

tur, eleganter scriptum est:

Nam ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio.
Domo enim dixit, οἰκοδεύ, vt cùm Graci dicunt, οἰκοδεύ
οὐ μάρτυς, de eo qui se ipse indicat: & cùm quod cuique

que proprium, ac suum est, id οἰκεῖον vocant. Eodem

autem illo in diuerbio cùm Amphitruo ab exercitu

rediens, ita salutasset vxorem:

Amphitruo vxorem salutat latus speratam suam;

Quam omnium Thebis vir vnam esse optimam diuidit;

Quamq; aded ciues Thebani vero rumificant probam;

Valuistin' vsque? expectatus ne aduenio?

neque illa quidquam responderet, quod virum à le-

paulo ante abiisse, sequi ab eo illudi, arbitrarentur: io-

cans, qui eis adstabat, seruus Sofia,

..... haud, inquit, vidi magis

Expeditum: eum salutat magis haud quisquam, quān
canem.

vī illud, haud vidi magis, verūstissimē dictum est, &
ex contrario intelligendum. Sic in Captiuis;

At etiam te suum sodalem esse ciebat. Haud vidi magis.

Et quidem Alcmao, atque Crestes, & Lycurgus postea
Una opera mibi sunt sodales qua iste.

Etin Pēnulo:

Amans per amorem si quid feci Milphio,
Ignoscere id te mi aequum est. Haud vidi magis.

Et ego nunc amore pereo, sine te verberem:

Item ut tu mihi fecisti ob nullam noxiam.

Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.

& simile illud Ciceronis pro Sextio:

Etenim homo iste populo Romano deditus. Nihil vidi
magis.

Quod autem in illo Amphitruomis, & Alcumenæ
colloquio ita vulgo legitur,

Obsecro ecclastor, quid tu m̄ deridiculi gratia

Sic salutas, atque appellas, quasi dudum non videris!

Quasiq; nunc primum recipias te domū huc ex hostibus?

Atque me nunc proinde appellas, quasi multo p̄st ri-

deris?

moneo, horum quatuor versuum posteriores duo ne-

que in meo illo verusto libro legi, & planè otiosos vi-

deri. Et aliquanto inserius, ubi vulgo,

Si obsequare, una resoluas plaga: inclius in illo,

Si obsequare, una te absoluas plaga.

Moltis autem versibus interiectis.

Iam illud non placet principium de osculo.

perge exsequi.

non ut in vulgaris, pergam exsequi: est autem exsequi,

narrare

Muret
Lectiones
LII
25

narrate, διηγεῖσθαι. Neque indignum puto quod narratur verbum *capere*, Graeco more, positum esse pro quod est coarguere, ac conuincere: in illo versu,

Tu si me impudicitia captas, non potes capere.

Ita enim illi ἀλισκείν: sed cum versus eo modum constet, curtusque ac mutilus sit, facile equidem aducor, ut ita legendum putem,

Tu si me impudicitia captas, capere non potes.

neque minori aut commodiori mutatione arbitrii eum redigi posse ad modum, ac mensuram certorum. Et, quando haec pusilla colligere coepi, addid illud quoque: vbi ita legitur,

Namque de illo subditirio Sosia mirum nimis est, Sine villa dubitatione legendum esse, mirum est neque hoc omittam, vbi Mercurius se ad Amphitheatrum deturbaandum comparat, legendum videntur.

Ibo intrò, ornatum capiam, qui potius decet. non vt vulgo, qui potius decet. Idem enim significat quod paulo ante dixerat;

Capiam coronam mihi caput: ad simillabo medesse ebrium.

est autem ita dictum, quomodo in hac ipsa fabula nostro generi non decet: & apud Terentium, ut non decet: Graecorum hoc quoque imitatione, & exempli. Sic in libris iuris: Decet enim tanta maiestati, eas servare leges, quibus ipse solitus videtur.

Bmendatus, & declaratus locus quidam ex epistola ad Atticum. CAP. XIII.

SOLET Cicero cum prouerbiis vtitur, multa sive ea, & decurtata proferre: quod & alij tum Latinii, tum Graeci scriptores sape faciunt: videoturque in eo inesse aliquid leporis, ac venustatis, cum vnde quisque

quodque eius linguae non ignarus, auditore eorum principio, facile reliqua per se subiecturus esse videatur. Sed adfert tamen ea res in verbum orationi aliquid coluritatis, cum ex una, aut ex altera vocula non sibi statim proverbiū esse animaduertit, neque sibi statim recordatur. Itaque ea quoque res non paucas maculas scriptis veterum aspersit. Quomodo equidem arbitror deprauatum fuisse locum quendam libro x i i i. epistolarum ad Atticum, ubi ita legitur: *Sed, quaso, epistola mea ad Varronem valde tibi placuit: Malè mihi sit, si unquam quicquam tam enitar.* Quis enim hac postrema verba legens, non sentit insuaue quiddam, & à consuetudine Ciceronis alienum? Cum autem in fatis vetere libro, quo me donavit lumen, ac splendor amplissimi ordinis Gulielmus Sirleus Cardinalis, legatur: *Malè mihi sit, si unquam quidquam tam inita: fieri potest, ut fallar, sed mihi plane persuadeo legendum esse; si unquam quidquam tam inita: & subaudiendum, Minerva: ut significet, se nihil unquam tam inita Minerva scripsisse, quam illam epistolam ad Varronem, ob idque mirari, quod illa Amico tam valde placuerit.*

Locus Cæsaris emendatus.

CAPVT. XV.

IAM PRIDEM animaduerti, multa in optimis quibusque scriptoribus ita manifeste deprauata, ut ea ipsa mihi caussa fuerit, ne publice testaretur, quomodo emendanda viderentur, quod neminem ita hebetem arbitrabat fore, quin id per se videret: maleque mihi videbat iudicaturus de ceterorum ingenitis, si ne illa quidem quæ in oculos inciderent, nisi monente me, animaduersum iti existimarem. Nunc, cum

Muret
lectio

huius generis pleraque illis quoque in libris hinc
ac residere videam, qui quotidie emendati ab homi-
nibus doctissimis prodeunt, dissimulandum amplius
non puto: cum praesertim in illa tanta hominum
multo maiori, quam ego sum, doctrinæ copia, in
toque acriori iudicio præditorum consensio inter-
addubitare me cogat, ne mihi nimis ipsenem ha-
diar, neve solus iis ipsis in locis cœutiām, in quibus
alios parum esse arbitror perspicaces. Tale est, et
nunc è tertio libro commentariorum Cæsaris De re
Gallico proferam. Vbi cum dixisset Cæsar, in u-
Veragrorum Octodoro, qui positus in valle, aliis
mis vndique montibus continetur, Galbam cum
aliquot cohortibus ad hiemandum confedisse:
quia is vicus in duas partes flumine diuiseretur,
teram partem concessisse Gallis, alteram attribuisse
cohortibus: tum deinde cum dies complures habi-
norum transiissent, subito captum à Gallis confusa-
renouandi belli, opprimendaque legionis, cuiusque
rei causa montes qui impenderent, noctu ab eis occu-
patos, haud ita multo post subiicit: Hostes ex
mibus partibus, signo dato, decurrere, lapides, gessaque
vallum coniicere. Nostri primo integris viribus for-
repugnare, neque villum frustra telum ex loco superiore
mittere: ut quæque pars castrorum nudata defensori
premi videbatur, et occurere, & auxilium ferre. Se-
profectò aut ego planè desipio, aut totum illud, se-
que villum frustra telum ex loco superiore mittere, alieno
loco positum est. Neque enim in Romanos con-
nit, qui, ut constat, in valle inclusi obsidebantur. sed
in Gallos, qui noctu, ut dictum est, iuga impeden-
tium montium occupabant. Censeo igitur, verba illa
statim subiicienda post verbum coniicere: idque min-
im

is hanc
ab hom
n ampl
homini
opia, m
interd
met cl
in quic
elt, on
is De
ir, in v
e, alio
am ca
dille :
recor
turbu
es hoc
onifile
cione
o cis
es ex
ssque
fornit
Superior
ensoria
re. Si
nd, w
alien
com
ur. sed
enden
ba ill
e mil
ia

isertum videtur, ut in re perspicua argumentis ab-
wendum non putem.

Ouidij locum quendam ex Apollonio Rhodio sum-
ptum esse.

C A P. XVI.

TERRAM Africam serpentibus plurimis infestam esse constat: eius autem rei Ouidius hanc causam adserit, quod Perseus

Vipere referens spolium memorabile monstri,
Aera carpebat tenerum stridentibus alis;
Cumque super Libycas victor penderet arenas,
Gorgonei capitum gutta cecidere cruenta,
Quas humus exceptas varios animauit in angues.

Quam fabulam videtur hautissē ex Apollonio Rhodio, cuius versus ex quarto libro Argonauticon sub-
sistunt: quod eos Ouidius non imitatus modō, sed
prop̄e interpretatus videtur:

Ἐτεὶς οἰσθεὶς οὐ λιβύης ταρπέματο Περσός
Ευρυδάν, καὶ γὰρ τὸ πάλεσκε νὺν ἔνομα μάτηρ,
Περγός οὐ αρπάγον κεφαλὴ βασιλῆς κομίζων;
Οὐτοις κανένες σάρξ αἴματος ὅδας ἰκοντο,
Αἱ πόσαι κείνων ὄφεων γένος ἐβλασποντινα.

De quibusdam qui habiti sunt impij, cum ex omnibus
popularibus suis longissimè ab impietate abessent.

C A P V T XVII.

D e Diagora Melio, Theodoro Cyrenaico, aliis
que nonnullis ita plerique veteres, quasi de ho-
mībus summè impiis, loquuntur, qui que nullum
omnino deum esse crederent. Eandem etiam notam
calumniatores Socrati inutere voluerunt: eamque
ob causam Aristophanes, quem ipsum θεόν fuisse
non dubito, Socratem Melium vocat. At de Socrate
S 2 quidem

Muretti
Lectiones
LIB
25

quidem longè alia est Iustini Martyris, sanctissimi
& eruditissimi viri sententia, qui in apologia secunda
pro Christianis, eum quodam modo Christianum
fuisse ait, ita enim scribit: Οι μὲν λόγοι βιώσαντες καὶ
αριστεῖσι, οὐ δέοις εὐρυπλάνους, οἷον ἐν ἑλλάσι παντού
τοις καὶ ἔγκλησις, καὶ εἰς δύνασιν αὐτοῖς. ἐν βαρβάροις γάρ τοις
καὶ αὐτοῖς, καὶ ἀλλαῖς, καὶ μισθίλαις, καὶ ἄλλαι τοις.
Et certe Socrates numquam docuit nullos deos sed
tantum esse supremum quendam deum, immensum,
infinitum, aeternum, multo superiorem, ac
tentiorem iis omnibus, qui tum pro diis publice con-
abantur. De Diagora autem, & Theodoro, item
de Euemero Agrigentino, & aliis quibusdam, Cim-
mens Alexandrinus in Protreptico mirari se sentit
quid ita eos antiqui pro impiis & atheis habuerint
cum illi tamen, & modestè ac frugaliter viuerentur,
hoc proprius accederent ad veram pietatem, quam
ceteri, quod, et si veri Dei cognitionem consecuta-
erant, eos tamen qui colerentur a popularibus
deos non esse intelligebant. Verba prij ac sancti
prioris haec sunt: θεομάζειν ἔτεισι μοι, ὅτῳ πρότερον
μερον τὸ ἀνερχαρτίνον, καὶ τικάνοντα τὸ κύπειον, καὶ διεγένετο
καὶ ἵππων τὸ μήλιον, τίν τε κυριανὸν ὅποι τέτοιος οὐκέτι
δεόδειρος ὄνομα ἀπέφερεν, καὶ πνευματικὸς συγχέεις, οὐδεποτε
βιωκότας, καὶ γαδεωρεγκότας ὁξύτερον τον τῆς λοιπῶν αἰγα-
πων, τὸ δὲ μοῖρα τῆς θεος τύπος πλάτιλι, ἀδέες ἐπικεκίνη-
ει καὶ τὸ ἀλιθεῖαν ἀντίλι ποιει γεννοκότας, ἀλλὰ τὸ πολλοῦ
τετομένοτας ὅπερ & σημειόν εἰς ἀλιθίας φερίστας γεν-
γον αναφένεται στέρρα. constat igitur, nouum non esse
sed illis etiam temporibus in consuetudine possum
fuisse, ut illi ipsi, qui in ratione divini numinis colen-
di fædissimis implicati erroribus tenebantur, homi-
nibus eruditis, quibus intelligenter stultitiam suam

inprobari, impietatis, & deotis maculam asperge conarentur.

De loco quodam ex Eunicho Terentiana verius videlicet sensisse Donatum, quam Turnebum.

CAPUT XVIII.

RECTISSIME ac verissimè exposuerat eruditissimus Grammaticorum Donatus dictum illud Phædriæ Terentiani, si non tangendi copia est, Ebo! ne videndi quidem erit: si illud non licet, Saltem hoc licebit. certè extrema linea Amare, haud nihil est.

Cum diceret quinque amoris quasi linea esse, quarum prima est, videre eam quam ames: secunda, cum ea sermone conferre: teritia, posse eam contingere: quarta, osculari: quinta, potiri: Vetus tamen poëta Græcus eas tantum quatuor fecerat, noto disticho:

Eιδαμνον ο βλέπων σε, της ολειθερίας ακέι,

Ημέτερον δ' ο φιλῶν, αδάντος δ' ο συνών.
Neque cuiquam mirum videtur debet, eandem, quæ prima est, extremam vocari. Prima enim est in consultando amore, quasique munienda via ad id quod amantes concupiscunt. Sed si quis à fine, qui, ut ait Aristoteles, omnis actionis principium est, retrò versus numerare incipiat, eadem efficitur extrema: ut εἰδαμνον διαγέμματα extrema sunt, quæ in componendo fuerant prima: & ut quod in deliberando ultimum est, idem in exsequendo consilio primum est. Vi nullo modo absurdum sit, idem primum & extremum nominari. Hadrianus tamen Turnebus, hominem quadam doctrinæ copia instructus, sed interdum nimis properè, & nimis cupidè amplexari solitus es, quæ sibi in mentem venerant, capite decimo libri

S 3

libri

Mureti
Lectio[n]e

LII
25

libri duodecimi Aduersariorum, longè aliam
dicti interpretationē prodidit: *Amare*, inquit,
linea, est amare impensisime, ducta translatione à cano-
vel adiūs, in quibus prima linea cursus erat in cano-
vltima in fine, que & calx dicebatur, quod scilicet adi-
vel creta notaretur. Hæc Turnebus: quæ tamen
fine villa contumelia dictum accipi volo; Turneo
enim & amauit, ac colui viuum, & me semper ab
amari sensi: mihi videntur alienissima esse, neque
lo modo cum iis quæ paulò antè Phædria dixerat
hærere. Quid enim frigidius est hac sententia: *Ca-*
impensisime amare haud nihil est. At illud contra
gantissimum: *Si nihil aliud consequi hoc biduo po-*
lum, certè tamen aliquid erit, amicam videre. Quæ
qui mihi auscultabant, veterem interpretationem
nebunt. Eodem illo in capite emendat locum quo
dam ex eadem fabula, ubi ait: *vulgò bigi,*

G. Rex te ergo in oculis. T. scilicet. G. gestire.
sed legendum, *gestare:* quod ut ferre, ita gestare
oculis, rectè dicatur: *gestendi autem verbum ab ha-*
loco alienum sit. At ego totis deccm annis antequæ
Turnebus Aduersaria ederet, ita emendaram, & ede-
deram: ut & illum locum ex eadem fabula,

qui illum flocci fecerim.

Neque fuit causa cur homo tam eruditus ea denuncias
reponeret, aut obtruderet pro suis. Sic *impetratum* C.
ceroni, & Valerio restituisse primus videri voluit, ce-
pite xvii libri quinti, quod tamen cui acceptum
ferendum sit, scient, qui legerint *Icholia Pauli Manutii*
in libros de *Divinatione*, edita abhinc annos vix. Atque
ego, quæ tum *Manutio* indicaui, eadem pu-
blicè docueram *Lutetiae*, quinquennio antè, & cum
ipso Turnebi communicaueram. Sic *venustum* ait

liam
it, en
à com
carien
l'et s
nenc
Turneb
per ab
neque
xerat,
tia: Ce
ontra
duo p
e. Qu
onem e
in qua
e share
trab ha
requa
, & c
deutu
tum C
uit, &
cepum
sancti
ignor
m pu
e car
m sit
z i
nos ἐρωτούσις & δεσμωτας, & inuenustum pro eo qui
primum in amore felix esset, tanquam à se primū
animaduera prodidit, cum ego ante annos plus mi-
nus triginta eadem docuissim in Scholiis quibusdam
meis in Terentium, quæ tum edidit Lutetiae Michael
Vafosianus. Sic detestata apud Ciceronem De legi-
bus: quod tamen mihi se debere postea fassus est. Sic
alii multa, quæ percensere & longum, & molestum
foret. Atque adeò hæc ipsa reticuisse libens: scio
enim lectoris nihil interesset, quis primus aliquid do-
cerent, & tantus in litteris Turnebus fuit, ut suo quo-
dam iure mea omnia sibi vindicare potuisse videatur.
Sed mihi stomachum interdum mouent furunculi
quidam egentes, ac famelici, qui, quod à me talia ne-
gligi ac dissimulari vident, mea iam Mysorum, ut di-
citur, prædam putant. Quos vt quiescant, moneo:
& si quiduis sibi putant licere in ea quæ à me priua-
tim acceperunt, iis saltē abstineant manus, quæ
edita iam ac publicata sunt: ne, etiam facente me,
plurimos & iniustitiae & impudentiae suæ testes sibi
sibi præconio colligere velle videantur.

Illustrati ex Odis Horatij aliquot loci.

CAPUT XXXIV

SOLITAS deorum tutelarum effigies in prora,
aut in puppi nauium edito atque eminenti loco
collocari, & alij verè notarunt, ad illū Horatij versum,
Non dī, quos iterum pressa voces malō:
& confirmari potest auctoritate veteris Grammatici
exponentis hos versus ex Iliados nono:

Στρέμενος οὐ μάνης παρεκβαίνειν αἴσια κόρυμα,

Αυτὸς τὸ εὔφροσνην μαλερῆ πόρος.

Ait enim quæri posse, cur Hector minari dicatur, se-

S 4

abscis-

Muretti
Lectiones

L
25

abscissorum summas Græcarum nauium partes, &
inde autem ipsas naues incensurum. respondebat
eum facere, επειδὴ δὲ τὸ ἀποστόλιν θέμα αὐτάκι
ἀκόμας τῷ δεῖν. ne videlicet deos quoque iplos infor-
mare velle videatur. Sed quid est, quod Horatius
Archytæ Tarentini epitaphio, quod eodem in lib.
legitur, bis puluerem nominat? Et opinor eum
spexisse ad superstitionem veterum, qui non integras
ac solidas glebas, sed tritum, ac minutum puluerem
iniecebant mortuis: credo, ne pressu dolorem eis
quem adferrent. Nam eis etiam leuem ac molle-
terram optare soliti erant. In quo non videntur
horruisse à sententia Democriti, qui cadavera quoque
ipsa sentire opinabatur. Itaque Eustathius exposuit
illud Homericum,

*TυδέΘ ὅν Θήροις χωτὶ καὶ γαῖα καλύπτει,
χωτὶ δὲ, inquit, καὶ νῦν γαῖα οὐ ἐπιχεομένη πάντοις. εἰ μὲν
λοι ἀντοῖς διπτίσθει, ἀλλὰ χρεῖ, δε δὲ γῆ χωτὶ.
Romani tamen, ut ex Cicerone ac Varrone nos-
cet, glebam iniicere solebant, libet adipisci, punc-
tum illud Odarij in Venerem,*

*O Venus regina Gnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron:
expressum videri partim ex Alemane, cuius hæc dic-
tantur,*

*Κύπρου μεριῶν λαπποῖσα καὶ πάφου περιφόρου ταῦτα
partim ex Aeschilo, ex quo hæc adducuntur,
Κύπρου πάφος ἔχεια πάντα κληρον.*

Cæsaris locus è primo De bello ciuili emendatus.

CAPUT XX.

*L*IBRO primo commentariorum Cæsaris De bello
ciuili haud procul à principio ita scriptum est.

Hu Scipionis oratio, quod Senatus in vrbe habebatur,
Pompeiuq; aderat, ex ipsis q;re Pompeij mitti videbatur.
Sed quia perspicuum est, Pompeium tunc praesentem
in Senatu non adfuisse: idcirco iampridem ho-
mo eruditissimus Petrus Victorius, capite primo libri
terij Variarum lectionum, legendum censuit, aberat.
qua in re auctoritatem ipsius secuti sunt omnes, quo-
num postea in eis libris emendandis versata est indu-
stria. Ego veterem librum habeo, in quo neque ade-
vit, neque aberat legitur, sed auerat. Quæ scriptura
eius videri potest confirmare conjecturam Victorij: si
quidem librariis veteribus nihil æquè visitatum fuit,
quam v pro b, & b pro v scribere: mihi ramen longè
ficus videatur. Puto enim legendum, A. v. erat: illi-
que notis significari, ad vrbum erat. Etenim tunc
Pompeium ad. vrbum fuisse, nemini esse obscurum
potest, qui totam illam paginam legerit. Memini me
hoc ipsum ante aliquot annos Paulo Manutio dicere,
cique vehementer probatam esse conjecturam meam.
Quam quidem ita nunc quoque probatum iti confi-
do omnibus idoneis existimatoribus, ut pluribus ver-
bis confirmandam non putem.

SS M. AN-

Micreti
Lectione
LIII
25